HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh. Seite 88r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



luncis. & petris montiū. Reges sunt qui corpora sua
bene regere nouerunt. ne scilicet uiciis insolescant.
ne penuriis succumbant. Principes autē sunt mino
ris dignitatis scī. qui n̄ omnib; ut reges. sed tamen
quibusdā p concessis uirtutib; resistunt. Tribuni
uero. qui adhuc minoris potestatis quā principes. &
ipsi in quantū p̄ualent contra uicia carnis dimi
cant. Diuites quoq; n̄ opibus. sed bonis operibus
uocant. Vnde apl̄s admonet diuites fieri in ope
ribus bonis. Fortes. non corporis uirtute sed ani
mi. Seruus coniugio obligatus. liber quoq; a con
iugio & a peccatis absolutus. Isti om̄s ultima p̄se
cutione deprehensi fugient & abscondent se in
speluncis & petris montiū. idē suffragia scōrū
hominū & angelorū expetent. Ad hos montes no
uissima p̄secutione comprehensos hortatur fuge
re d̄ns in euglo dicens. Tunc qui in iudea sunt fu
gient ad montes. & dicunt montibus & petris. id
est anglis & hominib' scīs. qui recte montes appel
lant. quia terrena despiciunt. & celestia contem
plant. recte petre quia a xp̄o qui est petra roborant.
Cadite sup nos & abscondite a facie sedentis sup
thronū & ab ira agni. idē misericordia animum
inflectite. & nos piis uris intercessionib; adiu
uate. ab ira iudicantis. quō uenit dies magnus
ire ipsorū. idest damnatio reproborū. & quis
poterit stare. Id est nullus. Si enī sancti illi irā
tunc timebunt. & angeli quoq; timore concu
tient. quis nr̄m sustinebit. in quo & iustus uix